

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Davidis Ruhnkenii Opuscula Varii Argumenti, Oratoria, Historica, Critica

Ruhnken, David

Lugduni Batavorum, 1823

Fragmenta

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1660](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1660)

D. RUHNKENII FRAGMENTA

IN ADDENDIS ET CORRIGENDIS AD CL.

HEYNIUM VIRGILIUM PASSIM DISJECTA

T. IV. p. 211 — 238 (\*).

*Ad Bucolica.*

**T.** I. p. 6. col. 2. l. 3. ad Ecl. I. v. 28. Servos cum dominis pacisci solitos de libertate pretio certo redimenda, idque pretium eos e peculio solvisse, docuit etiam Lipsius ad Tac. Annal. XIV. 42. quem locum subministravit mihi Ruhnkenius, vel quem, quoties homino, honoris causa nominare me, jam ab initio profiteor; addito Burman. ad Petron. 75. et ad Ovid. Amor. I. 8. 63.

P. 10. Ecl. I. v. 54. *a limite* esse ab ea parte, qua vicinus est limes, jam Oudendorpium docuisse ad Sueton. Aug. 91. Ruhnkenius mihi indicavit.

P. 19. not. ad Ecl. II. v. 29. Melius *cervos*, quod bene me monuit Ruhnkenius.

P. 43. not. ad Ecl. IV. v. 24. Ruhnkenius malebat  
jun-

[(\*) Ed. pr. Lips. 1767—1775. Transsumsimus haec Fragmenta ex Editione Angl. Opusculorum Ruhnkenii, una cum paucis annotatiunculis ex ejusdem Praef. p. xxxix, ubi praeterea haec scripsit Doctiss. Kidd: „Purpureos Ruhnkenii pannos, tanquam gemmas interlucentes, in suo excursu splendere concessit, illud Germaniae lumen, celeberrimus Heynius; at in editionibus repetitis Ruhnkenio paulo iniquior fuit, ut cuius obiter inspicienti liquido patebit.”]

jungere *herba veneni*, pro venenata. Illustravit hunc genitivum pro adjectivo positum Oudendorp. ad Sueton. Aug. 94. p. 329.

P. 48; ad Ecl. IV. v. 60. Verum sensum, quem exposui, versus jam vidisse Pomponium Sabinum, monuit me Ruhnkenius.

P. 99. ad Ecl. IX. v. 58. Monuit me etiam hic amicissimus Ruhnkenius, *auras murmuris* ab Oudendorpio ad Sueton. p. 1023. esse illustratas.

*Ad Georgica.*

P. 129. ad L. I. v. 59. Male adhaesi ad *palmas Eliadum equarum*, ut recte me monuit Ruhnkenius. Nam *palmae* dictae sunt pro iis, qui palmam et victoriam obtinent: ita Aen. V. 339. ubi vide, et Drakenb. ad Silium XVI. 504. Itaque *palmae Equarum E.* sunt equae victrices inter equas in Elide currentes.

P. 173. nota ad L. I. v. 361 et 362. delenda est. — Emendavit jam in Arato, quod commode me monuit Ruhnkenius, Heringa in Obs. c. 24. *ειν ἀλλ' δια.*

P. 176. ad L. I. v. 382. Virgilium non aliter accepisse *πυκνὰ* in Arato arbitrabatur Ruhnkenius, quam ut *densis* esset *πυκνῶς*, *dense*, *crebro*. Sic Ovid. Trist. III. 4. 21. *ut tutas agitavit Daedalus alas*, h. e. *tuto*. Val. Flacc. VI. 229. *densa spargens hastilia*, h. e. *dense*.

P. 223. not. ad L. II. 214—216. Non erat, cur hic fluctuarem, quod Ruhnkenius quoque me monuit. Posterior ratio haud dubie vera. Centies sic Graeci *Φημι οὐ*, et Latini *nego*, tribuunt rebus vita carentibus.

P. 268. ad L. II. v. 500. *Volentia rura* e graecismo exponit Toupius V. Cl. Emend. in Suid. T. II. p. 49. [l. 285. ed. Oxon.] quod Ruhnkenius memouit: commemorat enim ex Xenophonte ἡ γῆ θέλουσα — διδάσκει.

P. 302. ad L. III. 193 sq. *Cursibus auras vocare*, volebam a navigatione vel volatu esse traductum. Vento tamen ad currendum opus non est. Recte velleit aurem Ruhnkenius, praestare alteram interpretationem, ut sit *provocare*. Dicuntur enim equi contendere cum vento. Et v. c. in Callim. in Del. 112. πῆ ἄν ανέμοισιν ἐρίζεις;

P. 374. ad L. IV. v. 209. *Fortuna domus*. Admonuit me Ruhnkenius, vim omnem et elegantiam hujus dictionis me non satis exposuisse; scilicet *Fortuna domus*, ut in numis *Fortuna Augusti*, vel *Augustorum*, proprio aliquo ac solenni modo de statu et conditione gentis dicitur, quae ei quasi fatali aliqua necessitate assignata est. Exempla vide in Sueton. Aug. 65. ubi haud dubie *Fortuna domus* cum Oudendorpio legendum, et Stat. Silv. V, 2. 76. et ibi Markl.

*Ad Aeneida.*

T. II. Exc. I. ad L. II. princ. p. 232. Ruhnkenius meus significavit mihi, se in hac de Pisandro digressionem a me dissentire: Suidae fidem habendam esse nullam: incidisse eum in duo diversos Grammaticos, alterum doctum, alterum indoctum, qui ἄμουμιζα (\*) tur-

[(\*) Cf. Praef. ad Tim. supra p. 81. sive p. xv. Ed. n.]

piter deceptus recentiori Pisandro assignaverit, quae  
 veteri tribuere deberet. „ Sic, ” pergit, „ a Sui-  
 da Lexicon illud compilatum esse, sexcentis locis  
 apparet. Uno ut exemplo defungar, vide v. Θεαι-  
 τητος, ubi priore articulo Theaetum Athenien-  
 sem fuisse dicit et Socratis discipulum, posteriore  
 Heracleensem et Platonis discipulum. ” — „ At,  
 inquis, nunquam antiquioris poetæ carmen re-  
 centiori tributum est. Ne hoc quidem universe ve-  
 rum. Carmen pervetustum, Κήυκος γάμον, Gramma-  
 tici quidam ad recentiorem poetam retulerunt. At  
 Athenæus lib. II. p. 49. B. vindicat antiquissimo  
 poetæ Hesiodo. Edidit Fabricius Bibl. Gr. Vol. VIII.  
 p. 415. carmen bene longum περι καταρχῶν sub Ma-  
 ximi nomine; enimvero aut ego nullum poetæ Grae-  
 cae sensum habeo, aut hoc carmen scriptum est a  
 poeta Alexandrino, Callimachi et Apollonii Rhodii  
 aequali. ” — Sunt alia, in quibus monitus concedo  
 viro praestantissimo lubentissime. Primum malueram  
 Ἡραϊκὰς θεογαμίας legere quam Ἡραϊκὰς. — Recte  
 tamen urget Ruhnkenius, inauditam Graecis formam  
 esse Ἡραϊκὰς, et ab Ἡρα formari Ἡραῖος, tum si car-  
 men de Junonis nuptiis egisset, ineptum fuisset ad-  
 dere nomen Θεάς. Nam ex Junonis nomine, satis  
 colligitur, deae nuptias celebrari. Verum, inquit,  
 non egit de Junonis nuptiis; tantum ab iis incoepit,  
 ut Macrobius ait. Quid igitur poeta hoc carmine  
 tractavit? Nempe Ἡραϊκὰς θεογαμίας, id est, he-  
 roum nuptias cum deabus, sicut Hesiodus, quem sibi  
 imitandum sumserat, γυναικῶν κατάλογον scripsit, i. e.

catalogum *mulierum mortalium*, quae nupserant diis. — Porro vir doctissimus bene monet, ea, quae ab Scholiasta Apollonii Rhodii afferuntur, vix ex Larendensi petita esse posse, cum is scriptor recentissimus fuerit; — in Indice autem eorum scriptorum, quorum testimonia in Scholiis Apollonii afferuntur, nulum, occurrere, qui non Augusti et Tiberii aetate superior sit: — si ad lib. II. 329. Lucianus laudatur, eum ab interpolatore intrusum videri (\*).

Ibid. p. 234. l. 17. Eratosthenis locum e Phavorini Lexico emendandum esse ὡς ἔνδοξον πεποιηκῶς ἔργου docuit me idem Ruhnkenius; idque jam vidisse eruditum juvenem Koppiersium Obs. Philol. p. 110.

Ibid. p. 235. l. 8. Non invideo hic meis popularibus animadversionem praeclaram ejusdem viri doctissimi Ruhnkenii privatis litteris ad me perscriptam: „Etymologi [in v. *κεραυνός*] locum,” inquit, „ paullo festinantius inspexisti. Is non laudat Pisandrum, ut vulgarem notionem verbi *κεράσαι* firmet, sed ut doceat, veteres *κέρατι ἀντὶ προχόου* usos esse, quod rarum et notatu dignum. Atque hic irascor academicis istis occupationibus, quae tibi justum meditandi tempus eripuerunt. Quod si habuisses, pro sagacitate tua facile vidisses, Πίνδαρος legendum esse, non Πεισανδρος. Ecce tibi Pindari locum, quo Etymologi glossa pertinet, apud Athenaeum XI. p. 476. A. ἐξ ἀργυρέων κεράτων πίνοντες ἐπλάζοντο. Contrario errore pec-

[(\*) „ Minime a vero aberrat Ruhnkenii conjectura; etenim in Cod. MS. Harl., quem contuli, huius Scholii nec vola nec vestigium est.” KIDD.]

peccatum est in Zenobio VI. 49. — *ἄς Φησὶ καὶ Πίνδαρος ὁ ποιητὴς ἐν τοῖς περὶ Ἡρακλέους.* Repone *Πείσανδρος*. Versus, quos respicit Zenobius, conservavit Schol. Aristoph. ad Nub. 1047. Idem error apud Etymologum MS. Bibl. Regiae Paris., qui, cum formam *ἄς* pro *ἄσι* Doribus tribuisset, statim addit: *ἐπειδὴ καὶ τὸ ἀὲ παρὰ Πεισάνδρῳ*, ubi scribendum *παρὰ Πινδάρῳ* (\*), quem Dorice scripsisse sci-  
mus. Ad Pindarum igitur referenda Hesychii glossa: *ἀὲ ἐπὶ τοῦ ἄσι καὶ ἕως.* Hactenus vir longe eruditissimus.

[(\*) „ Cf. Etym. MS. apud Koen, ad Greg. Metrop, p. 160. cit, quoque ab Hermannō in praef. ad Hec. p. xxiii, et Cod. Sangerm. apud Heyn, ad II, M, 212, qui Porsoni additamentum in Suppl. ad praef. p. xvi, egregie corroborat, et Koenii emendationi adstipulatur; huic quoque plane conspirat Cod. MS. D'Orv., ut me monuit doctissimus amicus.” KIDD.]

— Ao, MDCCLXXV.